



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Sectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

DISPUTATIO XXXVI.

De Causis interdicti.

POST effectum consideratio- nem sequitur vt de causis dica- mus. Supponimus autem in hac censura locum habere qua- tuor communia causarum genera, quæ de censuris in communi declarauimus, de quibus in hac disputatione sigillatim dicemus: quia suppositis, quæ in superioribus tractata sunt, breuiter possunt expediti.

SECTIO I.

Quis possit censuram interdicti ferre.

REGULE generales in superiori- bus tradite, hic applicande sunt. Prima est interdictum posse & ab homi- ne, & à iure ferri. De homine id constat communi vfu Ecclesiæ, & ex dictis supra de potestate ferendi has censuras; nam hæc potestas in hominibus residet, & ex multis iuri- bus, quæ hoc supponunt, vt cap. Vltimum de Sent. excommun. in sexto, cum similibus. Denique est res indubitata, & de fide. De iure etiam id constat ex eisdem principiis; & inferius afferemus, & declarabimus varia interdicta, quæ ipso iure lata sunt.

Secunda regula est, eum posse hanc censuram interdicti ferre, qui potest excommunicare, vel sus- pendere: quæ insinuat in cap. Cum Ecclesiæ, de Offic. ordin. Vbi quoad hoc excommunicatio, & interdictum æquiparantur. Et communiter recipi- tur, vt videre licet in Syluestro Interdictum, 3. quæst. 3. Couarr. in cap. Alma, part. 2. §. 2. nu. 6 Nauarr. cap. 27. num. 168. Soto in 4. dist. 22. quæstio. 3. art. 1. con- clus. 2. Ratio tradita est supra disp. 2. §. de Susp. sect. 1. quæ ibi videri potest, nam eadem omnino hic lo- cum habet. Solum est hic aduertendum, hanc regu- lam intelligendam esse de interdicto absolute, non descendendo ad determinatam speciem interdicti localis. Nam multi prælati videntur in Ecclesia ha- bere potestatem ferendi censuras, & interdictum personale, qui non possunt ferre interdictum loca- le, quod de Prælati religionum notauit Soto supra: de quibus saltem constat non esse in vfu, vt ferant interdictum locale, nisi fortasse vbi in aliquo oppi- do habent iurisdictionem Ecclesiasticam fori contentiosi, & quasi Episcopalem. Ratio autem esse videtur, quia iurisdictione horum prælatorum magis est in personas, quam in territoria, aut loca: & ideo magis possunt ferre censuras in personas, quam in loca: agimus autem de potestate ordinaria: & non delegata.

Atque hæc ratio maxime conuincit de interdicto generali loci. De interdicto enim speciali in propriis Ecclesiis, vel domibus non videtur eadem ratio: quia talia loca regulariter exempta sunt & eorum iurisdictioni subiecta: cur ergo non poterunt in eis tale interdictum ponere? Sed, quidquid sit de abso- luta potestate, & iurisdictione, vfu nō est receptum, vt talia interdicta ab his prælati ponantur: vel quia sunt media improporionata ad modum, finem reli- giosi regiminis: vel quia generaret scandalum in populo, & res esset Episcopis, & aliis prælati Eccle- siarum odiosa. Et ob has fortasse causas eis etiam non est data huiusmodi potestas, & iurisdictione; vel per contrariam consuetudinem eam amiserunt.

Ex his regulis sequitur, quoad interdicta à iure Fr. Suarez tom. 5.

A eum posse ipso iure interdictum ferre, qui potest co- dere canonicum ius, & sub censuris ad illud obliga- re. De qua potestate, & de habentibus illam satis di- ximus tranctado de censuris in commun. Similiter, quod spectat ad hominem, duobus modis potest homo habere hanc potestatem, scilicet ordinariam, & delegatam sicut de censura in comm. diximus, & in particulari de interdicto probari potest ex c. Sane, 2. de Offic. deleg. & ex cap. Episcoporum. de Priuileg. in sexto. Et ratio est eadem, quia hæc potestas non potest esse in hominibus, quin in aliquo sit æquam propria & ex officio, quod est esse ordinariam: & in- de sit vt etiā delegari possit, quia nec ex parte pote- statis repugnat quin delegabilis sit, nec ex parte iu- dicio ordinarij, quin delegare eam possit. Est autem hæc potestas ordinaria in Episcopis, vt constat ex dict. cap. Episcoporum, & aliis citatis, & ex cap. Cum & plantare, §. Excommunicatos, de Priuileg. Et ratio est, quia illi habent ordinariam, & principalem iuris- dictionem Ecclesiasticam fori contentiosi. Constat autem sub Episcopis à fortiori comprehendere eorum superiores, præsertim Pontificem, Concilium gene- rale, & alios de quibus supra de censuris in commu- ni satis dictum est. Comprehenduntur etiam illi, qui participat Episcopalem iurisdictionem, vt sunt c. Sede vacante, & c. de quibus eodem cano. loco dictum est.

Specialiter autem hic dubitari solet, an capitulum Cathedralis Ecclesiæ possit censuram illam ferre, etiam quando Sedes non vocat. Et ratio dubitandi potest sumi ex c. Cum inter, de Consuet. ibi, Super eo quod dicti canonici generale interdictum ab Episcopo ve- stro, vel à vobis (id est à Decano, & Capitulo) in ciuitate Cenomanensi positum non seruabant, & c. Quæ verba supponunt, interdictum non tantum ab Episcopo, sed etiam à Capitulo solere ferri, constatque ex eo- dem textu tale interdictum fuisse validum. Nam Pontifex seruari illud præcipit non obstante con- suetudine contraria. Dicendum vero est Capitulum iure ordinario non habere potestatem ferendi in- terdictum: quod sentiunt communiter Canonistæ in cap. Quæ sunt, de his, quæ sunt à maiori parte Ca- pituli, & Panormitanus in dict. cap. Cum inter, & lo- annes de Lignan. in tractatu de interdicto, Couarr. dicit n. sexto, colligiturque ex dict. ca. Quæ sunt, vbi dicitur interdictum à canonicis vel canonicis pos- tum sine consensu Episcopi non esse ab Episcopo seruandum, vel permittendum ab aliis seruari. Et ratio est, quia viuente Episcopo Capitulum non ha- bet ordinarie iurisdictionem fori contentiosi in ter- ritorium, & ciuitatem Episcopalem. Propter dic- tum cap. Cum inter, addendum est cum eisdem Do- ctoribus, ex consuetudine, vel priuilegio aliquan- do habere Capitulum hanc potestatem. Quod con- firmari etiam potest ex cap. Si canonici, & cap. Quam- uis, de Offic. ordin. in sexto, vbi de cessatione à diui- nis est sermo, & forma, ac modus eam imponendi præscribitur: de qua forma, an seruanda etiam sit interdicto, infra dicetur. Potest autem ex dict. cap. Cum inter, animaduerti differentia inter Episcopum & capitulum, etiam quando potest ferre interdi- ctum generale in totum Episcopatum, Capitulum vero solum in ciuitate Episcopalem, vt patet ex ver- bis textus supra citatis. Et ratio esse videtur, quia nec priuilegium, nec consuetudo amplius exten- derentur rationabiliter: & ideo nunquam extendi solent.

Rursus inquiri potest, an è conuerso possit Epi- scopus interdictum ferre sine consensu Capituli. Ali- qui Doctores absolute negant, ob cap. de Excessi- bus Prælatorum ibi, Aut sine iudicio Capituli: eorum Ecclesias interdicere, & c. Sed in primis textus ille non loquitur generaliter de omni interdicto, sed de illo, quod in clericos vel eorum Ecclesias fertur: nam in fauorem clericorum specialiter decretum illud condi-

Quis possit interdictum ferre. Ab homine dupliciter ferri potest.

Quis illam habeat ordinariam.

An illam habeant capitula Cathedralis Ecclesiæ.

Conclusio.

Panorm. Ioann. de Lignan. Couarr.

An Episcopus possit sine consensu Capituli interdictum ferre.

C. *Quasuit de his, quae sunt à maiori parte Capituli, ibi Interdictum sine tuo, & aliorum consensu fratrurn possum observare non debes, &c.* Vbi uterque consensus videtur requiri, quamvis non satis explicetur utrumque esse necessarium. At vero supra annotavimus, tractando de suspensione, hæc, & similia iura contraria consuetudine, Episcoporum præscriptione derogata esse: atque ita potest Episcopus sine consensu Capituli interdictum ferre tam in clericos, quam in illos, quod etiam satis confirmat capit. 3. de consuetudine in 6. & iuuat capit. 3. extra eodem. Et hæc sufficiunt de ordinaria potestate.

conditum est, ut constet ex principio ipsius ca. & ratione eius. Vnde generalius posset hoc probari ex ca. *Quasuit*, de his quæ sunt à maiori parte Capituli, ibi *Interdictum sine tuo, & aliorum consensu fratrurn possum observare non debes, &c.* Vbi uterque consensus videtur requiri, quamvis non satis explicetur utrumque esse necessarium. At vero supra annotavimus, tractando de suspensione, hæc, & similia iura contraria consuetudine, Episcoporum præscriptione derogata esse: atque ita potest Episcopus sine consensu Capituli interdictum ferre tam in clericos, quam in illos, quod etiam satis confirmat capit. 3. de consuetudine in 6. & iuuat capit. 3. extra eodem. Et hæc sufficiunt de ordinaria potestate.

De potestate vero delegata, seu ex commissione, si de facto inquiratur, qui illam habeant, non est res, quæ sub scientiam cadat: nam pendet ex voluntate delegantis. Si vero de capacitate agatur, qui scilicet sint capaces huius potestatis, & à quibus delegari possit, hoc satis tractatum est de celsuris in communi, nec aliquid speciale hic occurrit. Cætera vero, quæ hic desiderari possent, complebuntur sectione sequenti propter habitudinem, quæ inter eum, qui interdicere, & eum, qui interdicti potest, interuenit.

SECTIO II.

Qui possint interdicti.

De interdicto locali.

SUPPOSITIS diuisionibus interdicti superius traditis. Dicendum est primo, locum tam generalem, quam particularem interdicti posse. Hoc satis constat, ex doctrina data circa ipsas diuisiones. Quæri autem potest primo, an vniuersa Ecclesia interdicti possit, vel, quod idem est, vniuersa terra: nam, quantum ad spacia locorum, Ecclesia ex se per vniuersum modum extenditur. Certum est igitur, neminem præter Romanum Pontificem posse vniuersam Ecclesiam interdicere: neque etiam Concilium generale sine approbatione, & consensu ipsius Pontificis, saltem ipso viuente: quia nullus habet absolutam iurisdictionem in vniuersam Ecclesiam præter ipsum Pontificem: interdictum autem sine iurisdictione poni non potest. Dico autem, ipso viuente, quia vacante Sede Apostolica, generale Concilium rite congregatum vniuersalem hanc iurisdictionem habet, quoad vim directiuam, & coerciuam saltem pro eo tempore: de quo alias. Summus ergo Pontifex potest in vniuersam Ecclesiam interdictum indicere, diuisione, seu distributive, id est in quamcunque Ecclesie partem: quia in quamcumque habet sufficientem iurisdictionem, & ubique potest subesse aliquando legitima causa vtendi illa, ut per se clarum est. Collectiue autem loquendo de tota Ecclesia, quamuis nude & quasi speculatiue, considerando, vel potestatem ex parte Pontificis, vel capacitatem ex parte loci, ex neutro capite repugnet tale interdictum: quia potestas Pontificia vniuersalissima est, & in ipso loco non potest fingi repugnancia, propter solam amplitudinem eius: nihilominus tamen, moraliter loquendo: tale interdictum est impossibile: quia nec potest occurrere legitima causa ad illud imponendum, neque esse in Ecclesia ædificationem, sed potius in destructionem.

Deinde interrogari potest, quantus locus interdicti possit ab Episcopis summo Pontifice inferioribus. Hæc autem loci quantitas non potest mensurari per locales terminos phylicos, ut sic dicam nam hoc modo ex parte loci non repugnat amplissimum quemque locum interdicti, ut ex superiori puncto facile constat. Solum ergo tractari potest de

terminis iurisdictionis. Et hoc modo, certum est, totam diocesim cuiuscumque Episcopi posse ab eo interdicti, non tantum diuisione quamcumque partem eius, sed etiam collectiue simul totam: quia habet Episcopus sufficientem iurisdictionem in totam diocesim ad hunc effectum, & aliquando potest interuenire sufficiens causa, quamuis rara sit, nã graui-
fima, & valde generalis esse debet. Neque oportet excipere loca ex præterita interdicti contenta, quia illa etiam generali interdicto comprehenduntur, ut constat ex cap. *Cum inter*, de Consuetudine, & ex aliis supra tractatis.

Solum ergo superest interrogandum, an possit Episcopus particularis generalem interdicti sententiam extra terminos suæ diocesim extendere ex vi ordinariæ iurisdictionis: nam de delegata superiore, & habente iurisdictionem magis vniuersalem, nulla est difficultas. Ad hoc autem breuiter dicendum est, per se, directe non posse, quia extra suam Diocesim iurisdictionem non habet: sententia autem sine iurisdictione lata nulla est. Indirecte autem, & quantum necesse est, ut interdictum latum in totam Diocesim propriam non contemnatur aliquantulum extendi potest extra terminos propriæ Diocesim virtute iuris communis, quod hanc extensionem fecit, vel totum illum locum subiecit, quantum ad hunc effectum, Episcopali iurisdictioni in cap. *Siquis*, de Sentent. excommun. in sexto, ut in disput. prim. huius materie latius diximus. Dices, aliquando potest Episcopus interdicere personam existentem in aliena Diocesi: ergo & locum. Item potest interdicere subditum alterius Diocesim, si in propria versetur, & in ea delinquit: ergo etiam poterit locum alterius Diocesim interdicere, si suus subditus in eo versetur, & in eo delinquit. Ad priorem partem responderetur negando consequentiam, quia persona potest mutare locum, & manere sub iurisdictione eiusdem Episcopi, si non mutet domicilium: & in eo casu potest Episcopus subditum suum in aliena Diocesi existentem interdicere, quia in illum retinet iurisdictionem, ut latius diximus de censuris in communi. Secus autem est de loco, quia in illum nullam iurisdictionem habet. Similiter ad aliam partem negatur consequentia quia persona delinquens in alterius Diocesi sit et subdita ratione delicti: locus autem, in quo alienus subditus peccat, non propterea subiicitur Episcopo ipsius delinquentis sed potius ipse delinquens subditur Episcopo loci: quia in ipso, & non in loco existit causa, & culpa delicti. Quæ ratio, etiam in interdicto speciali loci, locum habet & ideo in illo etiam tota hæc doctrina procedit. Est etiam alia ratio, quia interdictum loci non tam est graue in loco, quam personarum, quæ ad locum pertinent, non potest autem vnus Episcopus propter delictum sui subditi, personam sibi non subditam grauari interdicendo locum ipsorum in aliena Diocesi existentem, etiam si in illa proprius subditus peccet. Atque hæc ratio (ut hoc obiter expediamus) etiam probat, quamuis vnus Episcopus possit personale interdictum speciale ferre extra propriam Diocesim, non tamen generale, quia ferret illud in personas sibi non subditas, quod facere non potest.

Tandem dubitari potest, an loca non sacra, seu rebus diuinis non deputata interdicti possint. Quod quidem dubium non habet in interdicto generali, nam ex dictis superius disputatione 32. constat, in interdicto generaliter aliquo loco, interdicti omnia particularia loca etiam non sacra, de interdicto autem particulari oritur nonnulla dubitatio ex consuetudine Ecclesie: quia per illud nunquam solet dub. interdicti nisi aliquod templum, seu Ecclesia in contrarium vero est, quia non videtur vlla ratio, cur non possit locus non sacer per se solus interdicti, sicut interdicti ut pars alicuius loci vniuersalis. Et reuera

renera hoc ita est, si nudam potestatem, & absolute non repugnantiam consideremus. Tamen, moraliter loquendo, id non fit, quia esset inutile, & superuacaneum, locum alias non deputatum ad diuina officia particulariter interdiceret, si loca sacra ad illud munus destinata maneat libera: quod non ita est in interdicto generali: quia interdicens omnia loca ad diuina officia grauius multo sit interdictio Ecclesiarum, eum etiam extra illas non possint diuina celebrari. Quod si quis fingat interdictum in primis Ecclesiam, vel Ecclesias? deinde vero interdicti speciatim aliqua loca particularia, præsertim priuata oratoria, aut totam aliquam domum, &c. Facile concedam hoc recte fieri posse, quia interdum habere potest & causam, & vtilitatem moralem, & aliunde non est repugnantia: quod, si hoc non est in vlu, ideo est quia facilius feruntur generalia interdicta localia. Et hæc de loco.

De interdicto personaliter.

^{Regula generalis.} ^{Syluest.} ^{Nauarr.} **D**ico secundo, omnes personæ, quæ excommunicari possunt, possent etiam interdici, quantum est ex parte personæ, si reliqua concurrant, id est, causa, iurisdicção sufficiens. Ita Syluest. *Interdictum*, 3. in principio, Nauarrus ca. 27. num. 168. & reliqui omnes. Et ratio est, quia ex parte fidelium eadem est capacitas ad quamcumque censuram, si ex parte iudicis, seu sententiae aut legis omnia etiam necessaria concurrant. Videantur supra dicta de censuris in communi.

^{Regula generalis.} ^{Syluest.} ^{Nauarr.} **S**ed præter hæc communia, quædam specialia notanda sunt. Primum est, Episcopos non posse interdici per sententiam, seu generalem legem, per quam interdiciuntur omnes, qui hoc, vel illud delictum fecerint, quia ita statutum est in cap. *Quia periculosum*, de Sententia excommunicationis, in 6. quem textum supra agentes de suspensione late exposuimus: quia in hoc æquiparatur suspensio, & interdictum. Secundum est, non solum particulares personas, sed etiam communitates interdici posse: in quo etiam differt interdictum ab excommunicatione, & cum suspensione continet: quæ est sententia communis & certa, sumiturque ex cap. *Si sententia*, de Sententia excommunicationis in 6. & ex dictis supra inter explicandum diuisionis interdicti: & infra afferemus varia iura, in quibus huiusmodi interdictum ipso facto incurrendum in communitatem fertur. Quomodo autem tale interdictum liget singulas personas, vel communitatem, in superioribus explicatum est: nam quantum ad actus, seu effectus, qui non possunt exerceri nisi per particulares personas, liget singulas, ne inutile sit interdictum, ut dicitur in dict. cap. *Si sententia*, quamuis non liget illas per se, seu ratione sui, sed ut partes sunt talis communitatis. Hinc etiam proprium est huius censuræ, ut non solum ferri possit in personam certam vnā, vel plures: sed etiam confusè, & generatim in multitudinem aliquam personarum singulas ligando quoad actiones proprias, & personales: quod in suspensione non inuenitur. Imo etiam eas interdicens sine culpa earum, vel totius communitatis ut sic, ut postea videbimus: quod etiam in suspensione non contingit, quia necessaria saltem est culpa communitatis.

^{Regula generalis.} ^{Syluest.} ^{Nauarr.} **H**inc vero nascitur dubium, an hoc generali modo possint interdici infantes, seu perpetui amentes: nam per particulare interdictum personale certum est non posse: quia tale interdictum non fertur nisi propter propriam culpam, cuius hæ personæ capaces non sunt: Interdictum autem generale potest ligare aliquem sine propria culpa, & ideo de illo est specialis dubitatio. Nam propter hanc rationem Nauarrus in Summa cap. 27. num. 168. absolute dicit hos infantes comprehendi interdicto generali,

A Sed circa hanc dubitationem videnda sunt supra dicta de personis, quæ excludendæ sunt à loco interdicto, tempore diuinorum officiorum, ubi diximus, non esse necessarium excludere has personas vsu rationis carentes. Eadem ergo ratione hic dicendum censo, has personas non ligari huiusmodi interdicto, quia hæc censura est veluti priuatio quadam moralis diuinorum priuatio autem supponit capacitatem in eo, qui priuatur: cum ergo hi non sint capaces diuinorum officiorum, priuari non possunt, vel ligari hac censura. Præterea, quia vel isti ligantur, eo quod directe obligentur: & hoc dici non potest, quia illi non sunt capaces obligationis: vel ex eo quod alij, scilicet ministri Ecclesiæ obligentur ad vitandos illos in diuinis officiis: & hoc etiam non est verum, quia ministri Ecclesiæ non obligantur ad vitandum alium, nisi supposito quod ille ligatus sit.

B Atque ita sentit Syluester *Interdictum*, 2. Particul. 17. nam dicit, interdicto populo, interdicti impuberes, si sint doli capaces: vnde secus esse sentit, si non sint doli capaces. Item Couarruias capit. *Alma*, 2. part. 5. num. 5. qui tamen addit, non tantum impuberes doli capaces, sed etiam minorem vsum rationis habentes, si iam sciunt discernere diuina esse etiam capaces interdicti. Sed iam in superioribus dixi, necessarium esse vsum rationis, qui ad peccandum sufficit, & hoc probant rationes factæ: quicumque autem habet hunc rationis vsum, dicitur in presenti doli capax, & ideo non oportet medium illud distinguere inter infantes non videntes ratione, & doli capaces. Eandem sententiam tenet Corduba in Summa Hispan. questione 60. qui addit, hos infantes carentes vsu rationis, cum non comprehendantur interdicto personali, posse audire Missam, & diuina officia in loco non interdicto. Sed in hoc non sibi constat, quia puer carens vsu rationis, de quo agimus, nullibi potest vere, ac moraliter audire diuina: & ideo nullibi prohibetur assistere eo modo, quo materialiter, seu corporaliter potest: neque est magis capax prohibitionis, quæ in personas resiliat ex interdicto generali locali, quam prohibitionis, quæ fit per interdictum personale.

C Speciale vero dubium hic habet, an huiusmodi infantes priuentur saltem Ecclesiastica sepultura propter interdictum generale personale. Et ratio dubitandi est, quia propter interdictum generale locale priuantur sepultura: ergo & propter personale, nam est eadem, vel maior ratio: quia personale interdictum magis directe respicit personas, & quia priuatio sepulturæ non requirit vsum rationis in eo qui priuatur. Nihilominus responderetur, hos infantes non comprehendi hoc interdicto, etiam quoad hunc effectum. Est autem ratio differentie, quia interdictum personale afficit personas, locum autem ipsum habitum relinquit, ut sic dicam: & ideo cum tale interdictum per se, ac directe non liget has personas, non est cur à loco non interdicto expellantur quoad sepulturam Ecclesiasticam. At vero locale interdictum afficit locum, & absolute prohibet in illo fieri Ecclesiasticam sepulturam, qualis erit, etiam si infans sepeliatur: & ideo non est similis ratio. Est item differentia in ipso interdicto locali quoad hunc effectum, vel alios, quia hic effectus exercetur circa corpus inanimatum, & ita non requirit vsum rationis ex parte illius: ex parte autem viuientium æque potest eos obligare ad non sepeliendum infantium corpora, sicut adultorum.

Hic vero tertio inquiri potest, si tempore, quo interdictum latum est, infans nondum utatur ratione: durante vero interdicto ad vsum rationis perueniat, an statim incipiat interdicto ligari. Item, que dubitari potest de persona, quæ tempore, quo lata est sententia, nondum erat pars communitatis: durante vero interdicto, illi coniungitur: & pro-

Resolutio.

Syluest.

Corduba.

Dubitium secundum: An per interdictum generale personale infantes priuentur Ecclesiastica sepultura.

Conclusio.

Tertium dubium de infante, qui durante interdicto peruenit ad vsum rationis.

Conclusio.

Glossa.

Panorm.

Syluest.

10
Conclusio
etiam in lo-
cali inter-
dicto proce-
dit.

Bartholus.

11
Quantum
dubium.
Num per
generale in-
terdictum
personale
possit quis se
ipsam inter-
dicere.
Ratio dubi-
tandi.

portionale dubium locum habet in interdicto lo-
cali, si noua capella, vel nouum cæmeterium adiu-
gatur Ecclesie interdictæ. Ad quod breuiter dicen-
dum est, in eo casu puerum statim ac ratione vri in-
cipit, simul etiam incipere interdicto ligari. Quæ est
communis opinio Canonistarum, qui idem dicunt
de infantibus de nouo natis durante interdicto per
plures annos, cum Glossa in cap. Si sententia, de Sen-
tentia excommunicationis, in 6. verbo, Non compe-
tant, & Panormitano in cap. Quoniam, de offic. or-
din. in principio, & cap. Cum in partibus, de Verborum
signif. in principio. Idemque dicendum est de eo,
qui durante interdicto, de nouo fit membrum com-
munitatis interdictæ, vt notauit Syluester, Interdi-
ctum, 2. vers. 9.

Ratio est, quia iam ille est capax interdicti, & aliū-
de est, vel sit pars communitatis, vniuersæ interdi-
cta est, & ideo statim participat vinculum eius: nam
ad hoc nec requiritur culpa in tali persona, neque
etiam oportet, vt à principio ligata fuerit: nam sen-
tentia prius lata eandem vim semper habet, & quasi
continue influit in totam illam communitatem. Et
in hoc est differentia inter generale interdictum com-
munitatis, & speciale, etiam si hoc in plures, vel o-
mnes personas de collegio feratur: nunquam enim
extenditur ad alias personas, etiam si de nouo illi
communitati adiungantur: quia non communitas
vt sit, sed singulæ personæ ligatæ fuerant: quod se-
cus est in interdicto generali. Atque eadem ratione
idem dicendum est de interdicto locali, quoad par-
tem adiectam loco interdicto, si reuera eius efficiat-
ur pars, sitque minus præcipua, & quasi accessoria:
quia eadem proportionalis ratio in illa locū habet.
Quod verum est tam in interdicto particulari loci,
quam in generali: quia vterque locus est quoddam
totum, & vtrique fieri potest alicuius partis adiectio,
qua facta nihilominus semper idem locus manet, in
quem per se, ac directe latum est interdictum: & ideo
semper totus ille locus interdictus manet. Nam,
vt dixit Bartholus in l. Si conuerteris, §. Nulla, ff. de Pi-
gnoratitia actione, locus adiectus alteri, si vnus cum
eo efficiatur, cui adiectur, legibus eius, cui adiectus
est gubernatur. Oportet autem, vt locus addatur
loco: nam si addatur personæ, non fit vnus locus,
nec propterea communicatur interdictum: vt licet
regnum Lusitanie sit additum Regi Castellæ, ni-
hilominus interdicto regno Castellæ, non esset in-
terdictum regnum Lusitanie, quia non est additum
regnum, regno, ita vt ex vtroque factum sit vnum
politicum corpus. Necessè est etiam, vt maneati-
dem locus, vel idem populus, moralit. & humano
modo loquendo: nam si tanta sit additio, vt vincat,
& superet pars addita, & non interdicta: vel etiam
tanta sit mutatio, vt neuter locus manere censetur,
sed nouus consurgere, non solum non afficitur in-
terdicto id quod additur, verum potius totum in-
terdictum cessabit, quia destructū est subiectū eius.

Vltimo circa personam, quæ interdicatur, dubi-
tari potest, an per interdictum generale personale
possit quis se ipsum interdicere. Quod dubium non
habet locum in interdicto speciali: iam enim de cen-
sura in communi ostendimus, neminem posse seip-
sum censura ligare. Quod maxime verum est de
censura directe lata in seipsum qualis est omnis cen-
sura personalis. At vero mediate, & per redundan-
tiam, prout fieret per interdictum generale, non vi-
detur hoc repugnare: quia qui immediate interdi-
citur, quid distinctum est à persona ferente interdi-
ctum, saltem vt totum à parte: ergo hoc satis est, vt
possit aliquis & ferre interdictum in aliquam com-
munitatem, à quo illo modo distinguitur, vt Epi-
scopus in totum Clerum: & simul possit ligari inter-
dicto illo tanquam pars illius communitatis. Et cō-
firmatur à contrario: nam communitas interdicere
potest aliquod membrum suum, vt supra de censu-

ra in communi dictum est: ergo & pars potest inter-
dicere communitatem, & quasi per consequens, &
concomitanter seipsum vt partem eius, sicut Rex su-
is legibus obligat regnum, & concomitanter seip-
sum, & Pontifex concedendo indulgentiam com-
munitati, concedit sibi.

Respondetur nihilominus, hoc non posse fieri,
sed quotiescunque aliquis interdicat communita-
tem, cuius ipse videtur esse pars sub aliqua ratione,
non interdicat illam vt talem, seu vt ipsum compre-
hendit, sed sub alia magis particulari: vt quando E-
piscopus interdicat suum Clerum, respiciat illum vt
corpus distinctum à se: aliqui etiam Papa interdici-
endo, v. g. generale Concilium, possit hoc modo
seipsum interdicere: quod plane falsum est. Ratio
vero est, quia ligare aliquem interdicto pertinet ad
iurisdictionem coercitiuam: nemo autem potest ha-
bere hanc iurisdictionem in seipsum nec directe, nec
per redundantiam, quia repugnat actui talis iuris-
dictionis, qui de se coactionem includit. Item ille,
qui interdicat, debet esse superior: nemo autem ha-
bet iurisdictionem superioris in totam aliquam com-
munitatem includendo seipsum, vt per se satis con-
stat, & ita facile soluitur rationes dubitandi in con-
trarium obiectæ.

SECTIO III.

Quam ob causam ferri possit interdi-
ctum.



In hac sectione explicanda est causa si-
nalis interdicti, cuius cognitio maxi-
me pendet ex causa, seu culpa: propter
quam ferri potest. Nam cetera omnia,
quæ de hac causa dici poterant, per se,
& ex superioribus satis nota sunt. Nam cum vna-
quæque res sit propter suum effectum, omnes effe-
ctus proprii interdicti possunt dici finis eius: tamen
cum hi effectus sint poenales, non sunt propter se in-
tenti, sed propter alia, scilicet propter punitionem,
vel emendationem delicti. Cum ergo in superiori-
bus dictum sufficienter sit de eius effectibus, solum
superest declarandum, quæ sit causa, ob quam & in-
terdictum, & effectus eius possunt imponi. Quia ve-
ro in diuersis speciebus interdicti diuersæ causæ re-
quiruntur, ideo de singulis melius dicemus: nam in
communi solum dicere possumus ea, quæ commu-
nia sunt omnibus censuris: nimirum interdictum
cum sit poena, & ex suo genere grauissima, non posse
ferri, nisi propter culpam sibi proportione natam, vt
supra in proprio loco ostendimus.

Dico ergo primo, interdictum personale specia-
le non potest in aliquem ferri nisi propter propriam
culpam eius, quam oportet esse mortalem: si inter-
dictum simpliciter, & absolute feratur: possit autem
sufficere venialis, si interdictum nimis limitatum,
& leue imponeretur. Prima pars communis est, &
probatum facile, quia interdictum cum sit poena, re-
quirat culpam: sed cum in aliquem in particulari im-
ponitur, est propria, & specialis poena illius tantum:
ergo requirit culpam eius, alias nec rationabiliter,
nec iuste talis poena imponeretur.

Secunda pars & per se, & ex dictis in simili de sus-
pensione, & excommunicatione nota est: nam sine
dubio interdictum integrum est grauissima poena,
quia priuat hominem maximis bonis, scilicet spiri-
tualibus, ad quæ habet ius: ergo non potest iuste ferri
propter leuem culpam. Vltima vero pars decla-
ratur, quia potest interdictum ferri non in totum,
sed ex parte, vt dictum est de ingressu Ecclesie, &
possit similiter ferri interdictum ab usu commu-
nionis ad breue tempus: ergo interdictum sic limi-
tatum possit ferri propter solum venialem culpam.
Patet consequentia, quia tale interdictum non est
gra-

gravior pena, quam sit excommunicatio minor; sed hæc ferri potest pro veniali culpa: ergo & tale interdictum, quanquam verum sit, raro ferri huiusmodi interdictum.

Dico secundo, interdictum personale generale longe grauiorem causam, & culpam requirit, quam speciale; non tamen eam exigat in omnibus personis, quæ tali interdicto ligantur, sed in corpore morali, vt tale est, vel in magna parte personarum eius, vel in capite. Tota assertio sumpta est ex communi doctrina. Et probatur prima pars, quia pena esse debet proportionata culpæ, sed hoc interdictum longe grauius est, quam speciale; quia non solum vnam, & aliam personam, sed totam communitatem plurimum grauat: ergo requirit longe grauiorem causam. Vnde cum propria causa penæ sit culpa, etiam requirit grauiorem culpam. Secunda pars expressa est in capitulo, *Si sententia*, de Sententia excommunicationis, in 6. & constat in simili ex dictis de suspensione communitatis. Nec potest aliter censura ferri in communitatem, vt sic: nam si tantum possent persone delinquentes ligari, oporteret singulorum causas, ferre culpas examinare, & tunc de singulis sententiam ferre. Item ob eam causam non potest excommunicatio ferri in communitatem, quia nemo potest sine propria culpa excommunicari: ergo hoc ipso quod interdictum ferri potest generatim in communitatem, sit consequens, vt per illud ligari possint etiam qui non peccarunt.

In tertia vero parte explicatur, cuiusnam culpa sufficiat ad hoc interdictum ferendum; & vt manifestum supponitur, non cuiuscunque priuatæ persone delictum sufficere ad hoc generale interdictum ferendum: quia pena debet esse proportionata culpæ: pena autem communis non est proportionata culpæ priuatæ, sed excedens: ergo contrariationem est, vt propter contumaciam, vel delictum vnius, vel alterius priuatæ persone, tota communitas patiatur. Oportet ergo, vt delictum aliquo modo sit commune: in quo possunt esse tres gradus in conclusione explicati vnus est, si Rector, vel dominus populi causam dederit interdicto prout habetur in dict. cap. *Si sententia*, Et ratio est, quia delictum capitis est quodammodo commune: & quia sicut talis culpa capitis quodammodo redundat in corpus propter coniunctionem, & quia potestas superioris est quodammodo totius communitatis: ita è conuerso talis pena totius corporis redundat in caput, & augeat afflictionem eius, quia subditi aliquid moraliter sunt ipsius Domini, seu Prelati. Secundus gradus est, quando delictum ipsum procedit à communitate, vt talis est, scilicet à Capitulo, à Collegio, &c. Quod etiam est certissimum, quia tunc delictum est maxime publicum, & commune: & quia tunc proprie pena fertur in eam, qui delinquit. Nec vero necesse est, vt omnes de vniuersitate formaliter, vt sic dicam, conueniant in illam congregationem, ex cuius consensu proxime sit delictum: sed satis est, quod talis congregatio totam vniuersitatem repræsentet: vt interdictum tota Ref. publica propter delictum commissum publico concilio Senatorum, &c. quia illud concilium est vel ipsius capitis, vel certe totius corporis, quod illi congregationi commisit vices suas, & ita est in illa repræsentatiue, seu virtute. Atque eadem ratione necesse non est, vt omnes particulares persone talis congregationis consentiant, sed sufficit, vt totum corpus operetur. Tertius gradus est, si maiori ex parte tale delictum in personis illius communitatis inueniatur, quamuis non fiat nomine communitatis, vel ex aliqua publica potestate: & hoc non est adeo certum, quia tale delictum absolute non est commune, & posset cum proportionem puniri interdicendo specialiter plures personas communitatis. Et id

eo ita videtur hic gradus explicandus, vt implicite saltem aliquem ex superioribus includat, & ad hoc declarandum illum proposuimus. Si enim Princeps, vel Respublica nec expresse, nec tacite consentiat tali delicto, sed faciat quod potest, & debet ad illud impediendum, non videtur illa sufficiens ratio ferendi generale interdictum personale, vt ratio facta probat. At vero si in huiusmodi casu Gubernator, aut Respublica non resistat, sed negligenter se gerat, tacite censetur consentire, aut imique illud permittere: ideoque illa tam est sufficiens causa huiusmodi interdicti, quia in Principem, seu communitatem redundat.

Dico tertio, interdictum locale generale, vt iuste feratur, requirit causam grauisimam; quæ non solum peccatum mortale contineat, sed etiam sit generalis ex peccato aliquo modo publico, seu communi procedens. Ita sentiunt communiter Doctores, vt patet ex Syluestro, verbo *Interdictum*, 3. quæstione 5. Angelo, *Interdictum*, 3. numero 5. Nauarro cap. 27. num. 168. Couarruua in cap. *Alma*, part. 2. §. 1. num. 4. & 5. Soto distinct. 22. quæstio. 3. art. 1. Et probatur fere eodem modo, quo præcedens conclusio: nam hoc interdictum etiam est censura, & pena grauisima: ergo necessario requirit culpam grauem; & mortalem: imo recte dicunt dicti auctores, ad hoc interdictum ferendum grauiorem causam postulari, quam ad ferendam excommunicationem: quia est pena, quæ redundat in totam communitatem, quam priuat quodammodo diuino cultu publico, quo solent homines maxime ad deuotionem excitari: ex quo multa alia incommoda sequuntur, quæ recensentur in cap. *Alma*, & in Extrauag. *Provide*, de Sententia excommun. & sepe alia. Rursus causa huius interdicti non potest inueniri in illa re, quæ immediate afficitur tali interdicto: est enim locus, qui directe interdicatur: a ille non est capax culpæ, quæ est proxima causa interdicti. Necesse est ergo, vt talis causa sit in aliquo homine, ad quem locus ille, qui interdicatur, aliquo modo pertineat: non enim potest locus interdicti propter peccatum persone omnino extraneæ, aliqui pena nullo modo redundaret in auctorem delicti, sed tantum in alios. Præterea non satis est, quod sic delinques sit aliqua persona priuata illius loci: quia pena hæc redundat in totam vniuersitatem, quæ non debet ita grauari propter vnius priuati delictum. Necesse est igitur, vt tale delictum sit ipsius Principis, seu Gubernatoris, aut totius communitatis eo modo, quo interdicto generali personali declaratum est. Nam interdictum locale in hoc cum illo conuenit, quod ita grauat communitatem, vt se extendat etiam ad innocentes, qui nullam causam dederunt: nam illi etiam non possunt in loco interdicto diuinis interesse, &c. & ideo oportet, vt causa aliquo modo communis sit. Atque ita in cap. *Non est vobis*, de Sponsalibus propter peccatum Regis regnam eius interdicto subicitur, & in cap. *Si sententia*, de Sententia excommunicationis, in 6. habetur, propter peccatum domini, vel Rectoris interdicti posse ciuitatem.

Dubitari tamen solet, an propter peccatum spiritualis Pastoris, vt Episcopi v.g. possit poni hoc interdictum generale loci. Quidam negant, nisi Episcopus sit etiam temporalis dominus illius loci. Sed hoc nec iure, nec ratione fundatum est: nam in cap. *Sane*, 2. de officio deleg. dicitur, Iudicem delegatum Pontificis, si ei Episcopus obedire nolit, posse propter eius contumaciam terram eius iurisdictioni subiectam interdicto supponere. Neque est vlla ratio, ob quam coniunctio, seu subiectio temporalis ad hoc sufficiat, non vero spiritualis. Atque ita notauit Abbas in dict. ca. *Sane*, num. 6. & ibi Felinus, Decius, & alij, & Couarruuias supra.

Dubium vero est, an propter debitum temporale soluen-

Conclusio
tertia.

Syluest.
Angelus.
Nauarro.
Couarr.
Soto.

Cap. Alma.
Extrauag.
Provide, de
Sententia excomm.

Cap. Non est
vobis, de
Sponsalibus

Anob. p. p.
catum spiri-
tuale Pasto-
ris auctori-
tate inter-
dictum ge-
nerale loci.
Ca. Sane 2.
de officio de-
legati.
Abbas.
Felinus.
Decius.
Couarr.

Conclusio
secunda.

Cuius culpa
sufficiat ad
interdictum
personale
generale.

Tres gradus
huius deli-
cti.

Secundus.

Tertius.

An propter
temporale
debitum pos-
sit imponi
interdictum
generale lo-
cale.

Extrasag.
Provide, de
Sent. excom.

Num possit
imponi par-
ticulare.

Nanarr.
Syluest.
Cowarr.

PATENT.

Conclusio
quarta.

foluendum possit hoc interdictum poni, quando Episcopus, vel Princeps est contumax in non soluendo. Respondetur breuiter, auctoritate Summi Pontificis poni posse, quia etiam illa cōtumacia potest esse graue delictum talis Principis: sine licentia autem Pontificis non posse, quia ita cautum est Extrauag. *Prouide*, de Sent. ex com. vbi ne potestate ordinaria, nec delegata tale interdictum ferri permittitur propter dictam causam, nisi de *licentia specialis*, & expressa Apostolica Sedis, per ipsam Sedem patentes literas appareat: et interdictum alias latum, *irritum*, & *inane dicitur*. An vero illa decisio extendatur ad interdictum locale particulare incertum est: frequenter enim auctores censent, ibi tantum esse fermonem de interdicto generali; ideoque in particulari Ecclesia posse poni interdictum propter huiusmodi causam sine speciali licentia Pontificis. Ita Nauarrus dicto num. 168, qui citat Calderinum, & Dominicum, & Stephanum; & Syluester refert Archidiaconum: contrarium tamen tenet Coaruuialis. Cui sententiæ videtur fauere verba textus, quæ generalia sunt, præsertim si vox illa, *Locus*, in sua generalitate fumatur: tamen si recte expendantur verba textus, ibi *Locus* non ita sumitur; sed pro paruo oppido, vt Glossa etiam intellexisse videtur. Et ideo probabilius est, ibi tantum esse fermonem de interdicto generali, quia omnia verba textus in illud tantum proprie conueniunt. Vnde nec ad interdictum generale personale illum textum extendendū censerem, quāuis videatur esse fere similis ratio: tamen hoc non sufficit, quando verba legis limitata sunt. Arque ita intellexit textum illum Panormitanus, in cap. *Cum in paribus*, de verb. signif.

Vltimo dicendum est, interdictum locale participare etiam requirere culpam grauiorem, & aliquo modo communem, quamvis minorem, quam interdictum generale. Hoc vltimum per se notum est, quia hoc interdictum multominus grauis poena est, quam generale. Primum vero declaratur, quia hoc interdictum est grauius ex suo genere, quam interdictum particulare personale: quia reducat in grauiam plurius personarum, etiam innocentium: ergo requirit grauiorem causam. Vnde fit, nec ferri posse propter peccatum, quod mortale non fit, nec etiam propter peccatum omnino priuatum vnus personae particularis, cum poena sit aliquo modo communis: igitur seruanda est proportio inter hanc poenam, & culpam, vt in reliquis: quod arbitrio prudentis relinquendum est.

Solvitur difficultas quædam circa præcedentes conclusiones.

10 **V**NA vero superest difficultas, præsertim circa tres ultimas assertiones. Quia non videtur iusta pena, quæ non solum in eos, qui peccarunt, sed etiam in innocentes redundat. Item quia ex hoc genere censura magna in commoda videtur sequi populo Christiano in rebus spiritualibus, quæ non videtur permittenda, nedum inferenda propter emendandum alicuius delictum: præsertim cum commune bonum præferendum sit cuiusque particulari. Magisque vrget hæc difficultas, quando hæc censura non inferitur, vt recedatur à contumacia, sed simpliciter pro delicto commisso: nam pena, quæ sic imponitur, non est ad emendationem, sed ad vindictam: videtur autem non expedire, priuare aliquem spiritualibus bonis in vindictam peccati: multoque magis improporionatū videtur priuare totam aliquam communitatem eisdem bonis in vindictam alieni peccati.

II
Responde-
tur ad diffi-
cultatem.

Respondetur: Quando interdictum fertur, ut recedatur à contumacia, esse non solum licitum, verum etiam valde expediens, dummodo ex causa legitima, & proportionata, & prudenti, ac moderato modo fiat: quia est medium efficax ad reprimendū inobedientes Ecclesie, & ad defendendam Ecclē-

A fīe auctoritatem, & poteftatem. Nec refert quod a-
liqua incommoda fequantur, quia non funt inflā-
tialia, fed accidentalia, & propter maius bonū per-
mitti poffunt: nulla enim fere eft medicinalis poena,
quæ non afferat aliquod detrimentum: toleratur ta-
men propter utilitatem medicinae. Nec etiam ob-
ftat, quod grauiamen huius poenæ interdum redun-
det in innocentes: tum quia facis eft, quod fuit par-
tes illius communis, cui alio modo attribui-
tur delictum, propter quod fertur interdictum, tū
maxime quia cum Ecclefia præcipue fere folet
hanc cenfuram propter fuam auctoritatem, & di-
gnitatem tuendam, mirum non eft, quod interdum
permittat priuata incommoda, propter hoc bonum
B commune: quod maius eft.

At verò si interdum feratur pro delicto commisso vt pura pœna, nonnulla maior est difficultas: nam quod ita ferri possit, communiter affirmari videtur, vt notauimus supra disputatione 3. sectione 4. Et indicat Nauarrus cap. 27. num. 164. & 165. Quo supposito responderi potest, pœnam interditi non esse spirituales: ideoque non esse inconueniens, vt predicto modo feratur. Ita significat Covarruias in c. Alma, part. 2. §. 1. num. 4. & probat, quia interdictum proprie animam non afficit, nec priuat communionem suffragiorum Ecclesiæ. Sed hæc responsio mihi non probatur: nam in primis omnis censura est spiritualis pœna, vt supra ostendimus agendo de censuris in communi. Deinde manifestum videtur, illa bona, quibus hæc censura priuat, nō solum esse spiritualia vtrunque, vel spiritualibus annexa, sed etiam per se multum conferre ad spirituale bonum animæ: huiusmodi enim est Sacramentorum usus, & sacrificij, aliorum diuinorum officiorum participatio: est ergo interditi & pœna spiritualis, quatenus censura est, & priuans bonis pertinentibus ad spirituales salutem saltem casualiter, quatenus talis censura est. Et ideo potest aliter responderi ex Glossa in cap. Si sententia, de Sententia excommunicationis, in 6. verbo *Interdicti*, dicente, pœna spirituali posse aliquē puniri pro delicto alterius. Quod confirmat ex his, quæ Gratianus late tractat. Item c. 4. & 24. quæst. 3. Erratio reddi potest, quia tuncilla non est proprie pœna eius innocentis, qui illam patitur; sed alterius, qui deliquit, qui in alio sibi coniuncto punitur, & per illum affigitur. Item quia licet bona, quibus hæc censura priuat, spiritualia sint: non tamen sunt simpliciter necessaria, & aliis modis compensari possunt.

Sed nihilominus hæcenus probatum satis non est; interdictum locale, vel personale generale ferri posse iuxta vsum Ecclesiæ, & vti puram pœnam delicti commissi : quia neque in iure tale interdictum latum inuenio, neque à Iudicibus Ecclesiasticis aliquando ita fertur. Hoc posteriùs cõstat ex vsu prius vero probatum est in dicta sectione 4. Et textus, quos in contrarium Nauarrus adducit, nihil probant, scilicet cap. 2. de Constitutionib. in 6. vbi solum dicitur, statuto Episcopi nõ ligari ignorantes: quod ad rem præsentem nihil facit. & cap. *Quantumq;* de Censibus, in 6. vbi quoddam interdictum ipso iure fertur; non tamen sine contumacia, & donec ab illa recedatur, vt magis patebit infra tractando de singulari interdictis: vbi etiam constat, nunquam aliter ferri interdictum in iure. Facilius ergo, & fortasse melius responderi posset negando, hæc interdicta ferri in puram pœnam, seu vindictam: nam quod id certe non expedit, ratio facta multũ suadet, maxime cum id non videatur necessarium ad Ecclesiæ auctoritatem, & potestatem tuendam. De interdicto autem particulari personali id facilius concedi posset: quia id non redundat in damnum innocentium; & aliqui potest interdum conferre ad confusionem eius, qui ita punitur, & vt in futurum cautior fiat, sicut aliquis interdum priuatur

communione, aut ingressu Ecclesiæ pro aliquo tempore: vt patet in cap. i. de Sententia excommunicationis, in sexto, & ex supra tractatis disputando de excommunicatione minori, & alia addemus disputatione sequenti.

Vltimo dubitari poterat, an sententia interdicti lati sine legitima causa, atq; adeo iniusta, valida sit. Sed de hac re videantur dicta de censuris in comuni: nulla enim supereff specialis difficultas

SECTIO IV.

Quæ forma seruanda sit in sententia interdicti differenda.

No possunt inquiri: quid pertineat ad substantiam huius formæ; quid vero ad accidentalem solennitatem eius. Circa priorem partem videnda sunt dicta de censuris in comuni, & hic cum proportionem applicanda: nam de substantia huius formæ solum sunt verba, quibus talis censura cum sufficiente specificatione, & determinatione feratur. Nam sine verbis (sub quibus signa æquiuacientia comprehendimus) non potest humanus iudex aliquid operari: per illa vero efficiat operatur, supposita potestate, & aliis requisitis. Quia vero hæc verba practica sunt, & operatiua, & operationes sunt circa singularia: ideo necesse est, vt in talibus verbis sit significatio sufficienter determinata, tum in specie censuræ, tum in indiuidua persona, vel loco, in quem fertur: nam si in hoc maneret incerta, vel indifferens, nihil operaretur. Præter hæc autem nihil aliud, nec certa aliqua verborum forma præscripta est, vt feratur interdictum, sicut de omni censure Ecclesiastica diximus.

Quæri vero potest, an sit necessarium vt hoc verbo interdictum. Quidam enim ita opinantur, vt refert, & ex parte sequitur Maiolus libro 3. de Irregularit. cap. 20. numer. 10. qui nescio quam differentiam in hoc inuenit inter personale interdictum particularis personæ, & reliquæ. Sed ego nullam inuenio, quia non magis est præscripta verborum forma in interdicto generali, quam in particulari: vnde in nullo censetur esse necessarium illud formale verb. Interdictum. Sicut in cæteris non est necessarium verbum, Excommunico, aut Suspendo: imo aliquando fertur censura interdicti per verbum, Suspendo, vt de interdicto ab ingressu Ecclesiæ supra diximus: Potest etiam ferri per verbum, Separo, Prohibeo, vel aliud simile dummodo ex aliis verbis adiunctis, vel ex materia subiecta, & circumstantiis satis significetur, sermonem esse de hac censura in tali modo, vel specie eius, & in tali indiuiduo. Atque eadem ratione, si interdictum feratur limitatum quoad effectus, vel tempus, in forma id exprimi necesse est: nam, si absolute feratur quantum ad hæc duo, & omnes effectus interdicti operabitur, & quantum est ex vi talis sententis, vel iuris, semper durat, donec auferatur: Quæ duo ita hic explicanda & probanda sunt, sicut similia de suspensione diximus: Et priorem partem in hac ipsa materia sæpe tetigimus: de posteriori autem dicemus infra agentes de interdicti relaxatione.

Supereff dicendum de altera parte proposita: scilicet de solennitate accidentali. In qua tria, prout in aliis fecimus, distinguimus nimirum quod antecedit: comitatur, vel subsequitur sententiam. Antecedens solennitas dici potest monitio, quæ præcedere debet, de qua sufficienter diximus tractando de censuris in comuni. Et resolutio est, quoties interdictum fertur per modum censuræ ad reprimendam contumaciam monitionem debere præcedere. Si autem aliquando feratur vt pura poena propter de-

lictum præteritum, tunc non esse necessariam monitionem. Quæ autem admonitio in priori casu accidentaliter sit, quæ vero substantialiter, eodem loco satis explicatum est. Solennitas concomitans dicitur illa, quæ in sententia ferenda seruanda est iuxta cap. i. de Sent. excommuni. in 6. cuius decisio in hac etiam censura locum habet, & supra de censuris in comuni sufficienter tractata est. Et ad hanc partem reuocari possunt omnia, quæ spectant ad iudicium ordinem rite seruandum: quamuis inter ea nonnulla dici possint substantialia, quia ex eis valor sententiæ pendet: vel quia ita expressum in iure est, vel quia iurisdictio iudicis à tali circumstantia pendet, vt si sententiam ferat post legitimam appellationem interpositam. De quibus omnibus dicto loco satis dictum est. Solennitas subsequens dicitur denunciatio huius censuræ. De qua, propter dicta de censuris in comuni, in interdicto habet nonnullam difficultatem quomodo necessaria sit, vt liget, vel personam contra quam talis censura fertur, vel alias quam explicabimus commodius in fine sequentis Diput.

DISPUTATIO XXXVII.

De omnibus interdictis iure ipso latis.

RIVSQUAM de relaxatione interdicti dicamus, visum est singula interdicta quæ in iure lata inueniuntur, declarare, quoniam & disputatio hæc nonnullam connectionem habet cum præcedenti, & illa expedita (quod breuiter fieri potest) facilius omnium interdictorum relaxatio declarabitur. Exponemus ergo prius singula decreta hanc censuram imponentia, postea vero quomodo tale interdictum iure latum, ipso facto liget explicabimus.

SECTIO I.

Quæ, & quot interdicta ipso iure lata inueniantur.

Voniam hæc censura rarius in iure fertur, quam superiores, ideo non oportebit per singulos libros, seu tomos iuris discurrere: sed solum per species interdicti personalis & localis, generalis & particularis: nam in singulis inueniuntur particulares casus, in quibus per iura feruntur.

Interdicta specialia personalia.

Primum interdictum in hac specie sumitur ex cap. i. de Sent. excommuni. in sexto: vbi Ecclesiasticus iudex, qui in ferendis censuris non seruat formam ibi præscriptam, per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis suspenditur. In quo textu nonnulla breuiter sunt notanda. Primum est verbum illud, Si quis iudicium huius constitutionis reuerentius violator existat: nam iuxta illud necesse est, vt ex certa scientia, & directa voluntate, vel certe ex tanta negligentia, quæ illi moraliter æquiualeat, & non ex aliqua inaduertentia talis transgressio contingat: hoc enim requiritur, vt aliquis dicatur temerarius violator: quod in aliis censuris sæpe notauimus, & ex ibi dictis explicandum est. Secundum est, licet poena illa feratur per verbum suspendendi: tamen quatenus suspendit ab ingressu Ecclesiæ, non esse censuram suspensionis, sed interdicti: quia ex effectu, &